



Tractatio Geometrica.

D E

QVADRATURA CIRCULI,  
IN DECEM CAPITA DISTRIBUTA,

Auctore M. Iacobo Christmanno  
Ioannisbergensi.

*Quis sit scopus auctori propositus?*

CAPVT J.



VÆSITVM fuit inter veteres, an area circuli in figuram quadratam conformari possit, ita vt ambo spatia sibi inuicem prorsus sint æqualia? Occasio huius quæstionis inde nata est: cum omni figuræ rectilineæ constitui queat equale quadratum, sicut ex libro 1. & 2. elementorum Euclidis demonstratur, haud alienum ab instituto Geometriæ esse videtur, si etiam inuestigetur, an omni circulo æquale quadratum dari possit: ex hoc enim artificio inuento, maximum emolumentum rebus mathematicis accessurum esset. Quod intelligimus ex com-  
men-